Ex Ms. Bibl. Zal. No 257.



Literæ Sigismundi III. Regis Poloniæ ad Rudolphum II. Rom. Impr.

31

Rudolpho II. etc. etc. Sigismundus III. etc. etc.

Andreas Ciesonski ære alieno non exiguo contracto cum debita non expediret a Generoso Bernardo Russocki ad jus vocatus damnatisque, distractis in Polonia bonis in Silesiam se recepit, atque ita mutato solo solutionis necessitatem destinavit. Quare cum plurimi intersit contractuum etiam privatorum fidem in tanta vicinitatis conjunctione tueri petimus ut aut pecunia exoluta nomen liberaret aut ita de eo statuatur ut in Silesia quoque æquitati subsidia non defutura intelligat. Non dubito daturum id tum justitiæ tum postulationi nostræ majestatem vestram cui de cætero prosperam valetudinem et fausta omnia precamur.

Wydanie Dtunnika.

Jasieński